Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Blasius Ep. & M. S. Anscharius Epi S. VValtrudis, V. 3. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Blaſius Sebaſtenus Epiſcopus cum ob perſecutionis impetum in montes ſeceſſiſſet, cinctis his ab venatoribus gentilibus, ipſe quoque nobiliſſima præda in caſſes eorum incidit. Sed deterius quam fera ab Agricolao habitus, Martyrij Corona illuſtris, penitus ex terris efferatis abiuit circa A. Dom. 300. Eum ſecutæ ſunt VII. fæminæ deuotæ, quæ eius ſanguinem excipiebant faſciolis.

2. B. Anſcharius Septentrionalium populorum imprimis Danorum Apoſtolus ex Corbeia Gallica in VVeſtphalicam religioſus Ord. B. P. Benedicti translatus, Epiſcopatum Hamburgenſem, & ea urbe euerſa Bremēſem ſedem aſſecutus glorioſus in terris, ex his ad cælos tranſijt A. circiter 866.

3. B. Baldetrudis, Duciſſæ Montium in Hannonia, ſacrum corpus hac die eleuatum eſt.

S. Blaſius Ep. & M. S. Anſcharius Epi.
S. VValtrudis, V. 3 Feb.

Fides & Opera.

Fides principium eſt Chriſtiani; plenitudo autem *Iuſtitia*. Ambroſius.

Deus qui nos B. Blaſij Epiſcopi & M. (S. Anſcharij Pont. B VValtrudis V.) annua ſolemnitate lætificas, concede propitius, ut cuius natalitia colimus de eiuſdem etiam profectione gaudeamus. Per Dom. n. Ieſum Chr. &c.

Ora pro pace, &